UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

4. Principi saeculari competit Jus instituendi dies festivos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

Visual Library

directè pertinet, cui ſoli hanc poteſtatem conceſſit Chriſtus: Regibus ſola executio, cuſtodia & defenſio committitur eorum, quæ ab ipſo decreta & ordinata fuerunt: Oziam Regem graviter increpabant Sacerdotes & ſevere caſtigabat Deus, quod incenſum adoleret. Cultum divinum in toto corde Chriſtiano uniformem eſſe, illud eſt quod ejus puritatem conſervat: brevi nos deficiet veritas, ſi unicuique Principum eam rationibus ſuis ac finibus accommodare liceat. Diſtinctæ inter ſe juriſdictiones ſunt ſpiritualis & temporalis. Hæc illius authoritate ornatur, illa verò hujus ſe tuetur poteſtate. Obedientia heroica eſt, quando altro ſe ſubmittit vicario illius, qui ſceptra largitur & adimit. Glorientur in eo licet Reges, quod ſtatutis Patriæ ſubjecti non ſint, attamen Decretis Apoſtolicis parere eos oportet. Temerè proinde Summum Pontificem ſæcularium Principum judicio ſubjicere conantur Acatholici, claretque quam ineptè aſſerant.

PROPOSITIO IV.

Principi Sæculari competit jus inſtituendi Dies Feſtivos.